DE INSCRIPTIONE CRETENSI

QUA CONTINETUR

LYTTIORUM ET BOLOENTIORUM FOEDUS.

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

CONCESSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI

CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA

PRO SUMMIS

IN PHILOSOPHIA HONORIBUS

RITE IMPETRANDIS

DIE XIV. MENSIS JUNII A. MDCCCLXII.

UNA CUM THESIBUS

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

HENRICUS BERNHARDUS VORETZSCH

SAXO-ALTENBURGENSIS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:

W. STUDEMUND, STUD. PHIL.

P. HENN, DR. PHIL.

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

HALIS SAXONUM.

FORMIS PLOETZIANIS.

Digitized by the Internet Archive
in 2026

https://archive.org/details/IA41546028_0099

MATRI OPTIMAE.

Tituli, quo foedus inter Lyttios et Boloentios i. e. Oluntios ictum continetur, fragmentum jam anno 1855 A. R. Rangabé vir de inscriptionibus Graecis egregie meritus in libro inscripto Antiquités Helléniques vol. II. p. 273 n. 691 foras dedit atque illustravit. Sed eum denuo edendum illustrandumque nobis sumpsimus, cum Rangabeus, qui in versibus 2 et 10 formas a *βουλευτής* voce deflexas delitescere suspicatus urbium Cretensium et Atticarum foedus marmori nostro esse insculptum perperam haud dubie vult, pauca tantum nomina non suppletis, quae in fragmento desiderantur, transcripserit literis minutis quaque ratione hac in re usus est, ea haud semper comprobanda esse nobis videatur.

Quod vero ad textum foederis attinet restituendum, cujus versus 1—6 quadragenas paulo plus literas, versus sequentes quinquagenas fere complexi esse videntur, tituli Cretenses nos adjuverunt imprimis hi item juribusjurandis ornati: Latiorum et Oluntiorum foedus (editum a Boeckhio in Corpore Inscr. Graec. vol. I. n. 2554), Hierapytniorum foedus cum cleruchis factum (ed. ibid. n. 2555), Priansiorum et Hierapytniorum (ibid. n. 2556), Dreriorum jusjurandum a. 1854 in Cretae insula repertum ac deinde saepius, nuperrime a Phil. A. Dethier, quem in versibus citandis secutus sum, editum (in libello „Dreros und Kretische Studien", antea typis mandato in Actis academ. literar. Vindobon. class. philos. histor. vol. XXX. p. 431—468. tabulae VIII ei adjectae literas diligentissime e lapide delineatas continent), porro minus „foedus a Gortyniis et Hierapytniis cum Priansiis factum" (Venetiis repertum *) atque editum a R. Bergmann Berol. typis acad. 1860) titulus valde dilaceratus et haud certae lectionis, qui si in vv. 5—9 tituli 2556 commemorari recte mihi videtur, hoc aetate prior est. Sed

*) quare compendio „Ven." hunc titulum significabo.

ante omnia momenti erat Hierapytniorum et Lyttiorum foederis fragmentum, quod Le Bas in diario inscripto Revue de philol. Paris. 1845 vol. I, multo accuratius Cobeti scidis usus S. A. Naber in Diario Mnemosyne Tijdschrift voor classieke Litteratuur. Lugdun. Bat. 1852 tom. I. p. 105 sqq. edidit.

Restat ut, priusquam rem ipsam aggredimur, quo instituto in dissertatione componenda usuri simus, breviter proponamus. Primum enim exhibeantur traditae tituli literae forma, quacum literae ducentesimo fere anno a. Chr. in inscriptionibus usitatae teste Rangabeo consonant, non accurate expressa, deinde quomodo fragmentum legendum supplendumque existimem videbis, quibus praemissis de singulis verbis, denique de universo titulo agetur.

LYTTIORUM ET OLUNTIORUM TITULUS.

Γ ΤΩΝΣΤΑΤΗΡΑΣ
ΝΤ ΚΑΙΤΟΣΒΟΛΟʸΝΤΙΟ
ΣΚΑΙ ΝΑΕΤΙΤΩΝΝΟΜΙ
ΟΙΣ ΚΟΣΛΥΤΤΙΩΝ
ΕΙΤΗΝΑΒΙΔΑΤΑΝΚΑΙΤΗΝΑ
ΝΑΠΥΤΙΩΝΚΑΙΛΑΤΩΝΚΑΙΑΡΙ
ΑΙΤΑΝΒΡΥΤΟΜΑΡΤΙΝΚΑΙΤΟΣΑ
ΑΝΚΑΙΣΥ ΜΑΧΙΑΙΚΑΙΙΣΟΠΟ
ΛΘΗΚΑΙΓΕ ΡΑΜΜΕΝΟΙΣΕΣΤΟ
ΙΩΤΟΣΒΟΛΟΕ ΤΟΣΟΥΤΕΝΠΟΛΕΜ
ΙΝΗΣΙΩΚΑΘΩΣΚΑΣΥΝΘΙΩΜΕΘΑΚΑ
ΠΙΓΡΑΨΙΩΤ Ͻ ΦΕΣ ΟΥΔΕ
ΟΔΕΣΣΥ KON
*ΜΕΝΠΟΛ * ΛΙΟΝ*
*ΝΙΤΩΝΟΑΥ **

Quae literae secundum voculationem Doricam, cujus leges Ahrens D. D. §. 2. adumbravit (vid. voces *στατήρας* pro *στατῆρας*, *Λυττίοι* pro *Λύττιοι*), transcribendae et supplendae esse mihi videntur hoc modo:

πραξάν]των στατήρας [ἑκατὸν? τὸς μὲν Λυττίος οἱ Βολοε]ντ[ίοι] καὶ τὸς Βολοεντίο[ς οἱ Λυττίοι, αἴ περ μὴ καθι]σ[τ]αῖ[ε]ν ἀ[ν]τὶ τῶν νομι[σμάτων ἄλλαν τινὰ δίκαν ἀλλάλ]οις. [Ὅρ]κος Λυττίων. [Ὀμνύω τὰν Ἑστίαν τὰν ἐμ Πρυτανείῳ κα]ὶ Τῆνα Βιδατὰν καὶ Τῆνα [Ὀράτριον καὶ Ἀπόλλω]να Πύτι[ο]ν καὶ Λατὼν καὶ Ἄρι[α καὶ τὰν Ἀφροδίταν κ]αὶ τὰν Βρ[ι]τόμαρτιν καὶ τὸς ἄ[λλος θιός· ἦ μὰν ἐμμενίω ἐν τᾷ φιλίᾳ] καὶ συ[μ]μαχίᾳ καὶ ἰσοπο[λιτείᾳ καὶ τοῖς ἐν τᾷδε τᾷ συν]θήκᾳ γε[γ]ραμμένοις ἐς τὸ[ν ἅπαντα χρόνον καὶ οὐ προλειψ]ίω τὸς Βολοε[ν]τ[ί]ος οὔτ’ ἐν πολέμ[ῳ οὔτ’ ἐν εἰρήνᾳ, ἀλλὰ πολεμ]ησίω, καθώς κα συνθιώμεθα, κα[ὶ οὐ κακοτεχνησίω οὐδὲν οὐδ’ ἄλλῳ ἐ]πι[τ]ραψίω [παρευρ]έσ[ει] οὐδε[μιᾷ οὐδὲ τρόπῳ οὐδενί, ἀλλ’ ἁπλόως καὶ ἀδ]όλ[ω]ς συ[μμαχησίω· εὐορ]κ[ί]ον[τι μὲν τὸς θιὸς ἱλέος ἦμεν καὶ δό]μεν πολ[λὰ κἀγαθά· ἐπιορκ]ίον[τι δὲ ἐμμανίας ἦμεν. Ὅρκος Βολοε]ντ[ί]ων ο αὐ[τός.

DE SINGULIS VERSIBUS.

1. *οἱ*] sic titulis C. J. 2554—2557 aliis suadentibus e vulgari ratione scripsi neque vero *τοί*, quod haud saepe velut in titulo Hierapytniorum et Rhodiorum (ed. in Mnemos. tom. I. p. 75—93) legitur.

2. *καὶ τὸς*] expectas fortasse *τὸς δὲ*, sed similiter habes *οἱ μὲν Ἱεραπύτνιοι — καὶ οἱ Πριάνσιοι* in tit. 2556 v. 78.

2. *τὸς*] cf. *τὸς ἄλλος* v. 7. Accusativus pluralitivus inter terminationes *-ονς* (vid. Ahrens de dial. Dorica §. 14, 1. addas *τὸνς Ἱαραπυτνίον*[ς in tit. a Bergmanno edito v. 23), *ως*, *ους*, *ος* fluctuatur. Sed nescio an forte *-ος* ex antiqua scribendi ratione modo *ως* modo *ους* pronuntiandum sit. Etenim cum *ος* et *ους* in jurejurando Drerio v. 95, ubi *τὸς θεὸς αὐτούς* leguntur, mirum in modum conjuncta sint aliisque locis *ο* pro *ω* vel *ου* vix defendi possit (sic in verbis *ὅσσα κα μὴ πράξοντι* ibd. requiris *πράξωντι*), perquam est verisimile, *ο* vocalem, ubi *ω* vel *ου* productione suppletoria vel contractione orta sunt, antiquae scripturae deberi. Videtur igitur *ο* in formis *κατοικόντες κοσμόντες* tit. 2556, 6 40, *ἐπεστάτον* in foedere Hierapytniorum et Lyttiorum *ω* pronuntiandum esse. Jam simili ex proprietate *ε* modo pro *η* modo *ει* scriptum fuerit, in his dativus *υμεν* tit. 2557, 25 cf. Mnemos. II, 35, quem Boeckhius in *ὑμεῖν*, Ahrens l. l. p. 260 in *ὑμῖν* mutat, *ὑμεῖν* sane pronuntiandus videtur itemque *τελεται* futurum tit. 2556, 68 *τελεῖται*, quod Boeckhius de conjectura certe scripsit. Ejusdem verbi *τέλλειν* futurum medii legitur in tit. Drer.

v. 69 σ υ ν τ ε λ έ σ θ α ι (l. συντελεῖσθαι) et ἀντίος τ ε λ ο μ α ι ibid. 63 (l. τελοῦμαι). haec enim malim ad verbum τέλλω (τέλλομαι i. e. fio, sum) revocare, quam cum Vischero Mus. Rhen. N. S. X, 399. Ahrentis §. 25, 1 *a* suspicionem amplectente τέλεσθαι verbum non contractum agnoscere. — Conjunctivi denique per ει scripti audiverint ῃ, velut συνδοκεῖ t. 2557, 20 ὅς δέ κα μὴ φ υ τ ε ύ σ ε ι, Drer. 160. tantum igitur absum, ut hanc formam Hermanno in Philol. IX. p. 701 praeeunte pro indicativo futuri venditem, ut per ῃ in transcribendo titulo, qua ratione Boeckhius prius usus est, eam exarandam esse censeam.

2. *Β ο λ ο ε ν τ ί ο ς*] Rangabeo nominis βουλευτής forma aliqua intellegenda videtur, sed versibus 10 et 15 collatis *Βολοέντιοι* nomen quoddam gentile ac quidem ab Ὀλούντιοι *) vix diversum agnoscere malim. Ὀλούντιοι enim, quomodo Stephanus Byz. Oluntis oppidi cives audivisse auctor est, ex Ὀλοέντιοι**) contractione ortum est (cf. Ὀπούντος et Ὀπόεντος ab Ὀποῦς sive Ὀπόεις). — *B* autem, ut de consona quoque in fronte posita agamus, prioris digammatis vice fungitur. Jam vero hac consonante infirma saepeque variante oculis nostris subjecta liceat non modo testem antiquae scripturae citare, verum etiam originem nominis in disceptationem vocare. Σολοῦς enim in periplo ap. Iriarteum (vid. Hoeck. Kreta vol. I. p. 416) e *Ϝ*ολοῦς corruptum esse videtur pariter atque Σάξιος in tituli Vaxiorum n. 3050 apographo quodam e *Ϝ*άξιος (ibid. p. 397). Sed quod ad etymon attinet, verisimile est, Oluntem quippe quae Ἐλοῦντα hodie audiens (Mus. Rhen. N. S. X. p. 394) urbs maritima ac prope montes Tallaeos esset, in valle sitam fuisse. Igitur stirps fuerit *Ϝαλ* (unde ἕλος, *Ϝ*άλις,

---

*) sic vel Ὀλώντιοι etiam Ο λ ο ν τ ι ο ι forma brevior tit. 2554 ex antiqua scriptura (cf. nota ad τὸς v. 2) forte pronuntianda est.

**) Urbs Meletio p. 409 Ὄλουλις est, nonne Ὀλούεις pro Ὀλό*Ϝ*εις?

Ἦλις, vallis, de quibus G. Curtius Grundz. d. Gr. Etymol. rad. 530 egit). Quod si recte suspicati sumus, *Ὀλοῦς* vertere Thale *) cumque Volaterrae nomine (i. e. Hohlland) componere possis.

In ipsa denique digammatis immutatione offendendum non est, cum saepius digammatis literae inveniantur vicariae.

a) Illud enim integrum habent nomina modo propria haec: *ΓΕΛΧΑΝ* in numo Phaestio, unde digamma reponendum est in glossa Hes. *Ϝελχάνος· ὁ Ζεὺς παρὰ Κρησίν* (ultima verba *π. Κρ.* emend. Pergerus) quo de egit Secchi Giove Velchanos Rom. 1840 cf. Bullet. del Inst. Arch. 1841 p. 61 et 174. Jam si viri docti modo Orientalibus vocem tribuentes אל et חנן i. e. deus propitius in nomine agnoscunt, modo *Ϝελχάνος* cum „Vulcanus" Latino vel cum *ὄχλος* voce (vid. Christius Griech. Lautl. p. 246) cohaerere suspicantur, quis est, cujus laudem hi delaturi sint. Equidem malim vocem a radice vargh (unde *βρέχω* pro *Ϝέρχω* vid. L. Meyer Vergl. Gr. p. 387 de *λ* vid. not. ad *Βριτόμαρτιν* v. 7) deflectere. Jovem enim a Cretibus cultum esse deum, qui campos imbribus irrigans fertilitatem augeat, satis constat cf. nomen *Ἐπιρνύτιος* ab *ἐπί*, *ἔρνυς* not. ad *Ἄρια* v. 6. — deinde nominis *Ϝικαδίονος* genetivus in tit. 2598 ab Ahrente p. 43 vix recte in dubium vocatus est. Ceterum *Ϝικαδίων* prodit idem etymon (forte *εἰκάζω* pro *Ϝεικάζω*) atque *Ἰκάδιος*, quem e Creta vel Lycia profectum esse Delphos Servius ad Aen. III, 332 auctor est. — Denique *Ϝάξος*, *Γάξος* scripta est Axus urbs in numis (v. Pashley. I, 156. Hoeck. I, 397. Boeckh. C. J. II, 401), item nominis gentilis genetivus *Γαξίων* in tit. Vax. v. 2, sed ibid. 13, 18, 23 *Γαυξίων* ex Boeckhii emendatione (in apogr. *Σαυ-*

*) cf. Thale pagus ille inter montes Hercynios situs.

ξίων). Jam vero cum *Ἄξος* nomen, quod Stephano *Ὄαξος*, Scylaci *Πάξος* est, cum *ἄγμος* (a *Fάγνυμι*) congruere Stephanus Byz. s. v. *Ὄαξος* autor sit, non dubitamus H. Webero astipulari duplicem formam antiquam ac quidem *Fάξος* et reduplicatione auctam *FαFαξος* agnoscenti, unde *Fαύξος* (ex *FαF*[*α*]*ξος*, aliter sentit Christius p. 190) et *Ὄαξος* (i. e. *FoFαξος*) orta sint. *Πάξος* autem Boeckhius recte e *Εάξος* censet corruptum v. infra d). — Jam glossae nominentur, ubi digamma librarii inscitia corrupte scriptum est, hae: *Γελχάνος*, quod ante jam vidimus, et *γάστριον· πέμμα σησαμῶδες παρὰ Κρησί* glossa Hesychiana ex Etymol. M. et Bekkeri Anecdd. 230, 19 emendata. Possis autem, ne *γαστήρ* etymon praeoptes, *Fάστριον* scribere, quod e *Fαδτριον* (*ἡδύς*, *ἕαδον*) natum sit pariter atque *ἀστέον* ex *ἀδ-τέον*. Chrysippus enim apud Athen. XIV. 647 f. sq. pluribus verbis docens quomodo haec placenta Cretica etiam *γάστρις* denominata componatur, praecipit: *εἶτα σήσαμον λευκὸν τρίψας μάλαξον μέλιτι ἡψημένῳ*.

b) Saepius autem *B* digammatis locum obtinet, cujus indoles ita ad illud accedit, ut *B* non modo in dialecto Attica (vid. L. Meyer Vrgl. Gram. I, 86), verum etiam apud Cretes, cum digammatis signum obsolescere coepisset, hujus susceperit vicem. Non igitur ex antiquioribus titulis *B* vicarium depellere ausi sumus. Sic habent *B* pro digamma 1) in fronte: *Βαναξιβούλου* in titulis recentibus 2772. 2577. — *Βοινοβίου* t. 2577 et *Βοίνοπα* 2554, 127 (hic Boeckhius *B* pro *P* e conjectura posuit), quibus verbi *οἶνος* stirps inest. — *Βορθίω* genetivus in Apteraeorum decreto Tejis dato (ed. in Mnemos. I, 121 sqq. a Nabero, cui *Βορθαγόρας* tit. Argiv. v. 2 pro *Ὀρθαγόρας* in memoriam venit. — de *Βισίων* pro *Ἰσίων* vid. not. A) ad *Ἄρια* v. 6. — *Εἰλεί*]*θυιαν Βινατίαν* in titulo haud certae lectionis Ven. 64, 80 i. e. *Εἰλ. Εἰνατίαν* e Stephano

notam. Urbs enim Cretica *Εἴνατος* sive *Ἴνατος* forte ab *ἶνις* (ex *σFῖνις* vid. Pott. ap. Curt. rad. 605), vel quod magis mihi placet, a radice van provenit (unde etiam Venus, venia atque *ὀν-ίν-ημι* pro *ὀνον-ημι* vid. L. Meyer Gr. p. 121 et 408). — de *Βολοέντιοι* supra egimus. — Sequantur glossae Hesychianae *βαθανίαν· νεοσσεῖαν Κρῆτες* (post gl. *βάσανος*), verbum enim descendere mihi videtur a radice *Fαθ* (unde *οὖθαρ* pro *Fάθαρ*, ubertas cf. L. Meyer Vrgl Gramm. p. 395). — *βαλικιώτης· συνέφηβος Κρῆτες.* sunt qui hac in voce pariter atque in *Fότι*, *ΤλασίαFο* (vid. Curt. Gr. Et. I, p. 364) digamma locum jota prisci habere opinentur. Revocant enim *βαλικιώτης* sive *ἡλικιώτης* verbum ad *ἥλικος* (cf. Christ. Gr. Lautl. p. 154. 175), quod illis Pottio *) Et. Forsch. I, 231 ed. 2. non astipulante cum jâdrcas Sanscrito congruere videtur. Malim autem glossema et *ἡλικία* cum Latino val-ere componere, ita ut ad vitae aetatem validam proprie spectent. Huc quoque traxerim glossam Hes. *βελάς· εἴρων καὶ καταγελαστής*, quam M. Schmidtius *εἴρην καὶ ἀγελάτης* recte legere videtur, nisi quod *βελάς· εἴρην κατ᾽ ἀγέλας τις* scriptum fuerit. — *βασκαρίζειν· σκαρίζειν. Κρῆτες.* Pottius Et. Forsch. I. p. 215 ed. 2 glossema ex *ἀFασκαρίζειν* (ava est de apud Sanscritos) mutilatum esse dubitanter suspicatur, sed *βα* stirps (unde *βαίνω*) in fronte esse mihi videtur, aliter Ahrens K. Zeitschr. 1861, tom. X. p. 83 sentit. — *βέλλιον· ἀτυχές Κρῆτες*, quod forte ad *εἴλειν* „demovere" pertinet, ita ut *βέλλιος* sit „possessione aliqua pulsus," igitur „expers." cf. *βέλημα* vel *βήλημα· κώλυμα κτλ.* Hes. ap. Ahr. D. D. p. 46, de digamma Christ. p. 232. — Accedit e glossis Hermonacteis ab Athenaeo l. VI. p. 263, e traditis

*) hic ibid. p. 232 itemque L. Meyer Kuhn. Zeitschr. f. vergl. Sprw. glossam in disceptationem vocat.

βολίζην i. e. servam quandam, quae si quid video ita ut *ἀλετρίς*, moletrix, ab *ἀλεῖν* (de *Fαλεῖν* vid. Curt. rad. 527) nomen duxit. — denique *ΘΙΒΟΣ* in Gortyniorum numo ap. Mionnet. vol. II. p. 280. n. 179 *ϑιβός* legendum videtur i. e. *ϑιός*, *ϑεός* vid. not. ad v. *Ἄρια* v. 6. nam *ϑεός* olim *ϑιFός*, *ϑειFός*, *ϑευός* erat, quo certe *Θευόδοτος* nomen in numo Apollonopolitarum Revue de Philol. I, 304, V nos deduxit. — 2) Mediis in vocibus *β* pro digamma ostendunt *ἀβέλιον· ἥλιον. Κρῆτες* Hes. pro *αὐέλιον* cf. Curt. rad. 612 vel pro *σαFέλιον*, quocum sauil vox Gothia congrueret cf. Benfeyus ap. L. Meyer Vrgl. Gr. p. 82. — *ἀπεξέβαι· τὸ ἀποπτοεῖν. Κρῆτες.* Hes. (cod. *ἀποπατεῖν*) sic enim legerim, cum *ἀπεξέβαι* idem quod *ἀπεκσεῦαι* esse mihi videatur. *κσ* consonae autem ex canone, quem in *κ* et *σ* consonarum concursu valentem sola praepositio *ἐκ* ante *σ* sequi non solet, arctiore coalitu per *ξ* scriptae sunt etiam in *ἐξυβρίτας* pro *ἐκ Συβρίτας* in Sybritiorum decreto n. 3049 v. 10. — deinde *Ὑπερβερεταῖος* *) mensis nomen, qui inter menses tempore Romano per totam Cretam regnantes in menologio Florentino spectatur, ex *ὙπερFερεταῖος* ortum mihi videtur. Nil enim haud dubie latet nisi Latinum „op-ertus“ in linguam Graecam conversum. Mensis igitur fuerit, quo sacra opertanea Bonae Deae ferebantur. (cf. opertum, de rad. Var unde *ἔριον* L. Meyer p. 354). — de *ἴβηνα* cf. not. A) ad *Ἄρια* v. 6.

c) Jam Cretes mediis in vocibus digamma post consonantem positum in literam caninam mutasse vox Hesychiana *τρέ· σέ. Κρῆτες* (orta ex *τFέ*) docere videtur. sed ita talis digammatis immutatio, cujus alia exempla dubia L. Meyer Vrgl. Gramm. p. 87 collegit, explicatione ca-

*) sic Hoeck III, 444; Herm. Griech. Ant. II. §. 67, 34 *Ὑπερβέρετος* vix recte.

ret, ut cui dubitationem ea moverit, non majore cautione uti videatur.

d) Deinde *π* digammatis munere fungi, sunt qui putent in *ΠΟΛΧΟΣ* in numo Cnossio ap. Eckhel. II, p. 308, cujus imaginem Hoeckius operis sui vol. I. adjecit. *πόλχος* enim mirabilem in modum pro *ὄχλος* accipitur, sed cum neque haec digammatis mutatio neque consonarum hyperthesis Christio p. 246 defendente vix probabiles sint, potius Pottio Et. Forsch. I. astipulandum puto *πόλχος* ad stirpem *πολ* (*πολύς*) revocanti, ita quidem ut *πόλχος* cum voce popul-us congruat. Itemque *Πάξος* ex *Σάξος* corruptum videtur vid. s. a).

e) Denique qui volunt, digamma *ο* vocalis speciem induere posse, ante omnia e dialecto Cretica exempla arcessiverunt. Sed nescio an aliter ea explicanda sint. *Ὄαξος* enim, quod huc trahunt, ita ut *Ϝαύξος* e *ϜάϜαξος* originem traxisse jam vidimus s. a). — Deinde huc referunt *Ὀλισσήν* urbis nomen alibi *Λισσήν*, *Βλισσήν* denominatae (de formis variis ac *Ϝλισσήν* nomine perperam ficto vid. Ahr. p. 50, c. not. et p. 58). *Ὀλισσήν* autem cum Christio p. 35 ad stirpem *γλι* vel potius *ὀλιτ* revocandum est, quam Curtius rad. 544 pro *γλιτ* (*γλιττόν* Hes.) positam in *ὀλισθάνω* agnoscit, urbem enim e glitta petra propinqua (*λισσὴ πέτρη* Odyss. III, 293) Hoeckhius I, 411 nomen accepisse suspicatur. *Λισσὴν* contra explicatum ex *Γλισσήν* habet, quod aetate sequenti in *Βλισσήν* abiit pariter atque *πρέσγυς**) in *πρέσβυς*. — Denique *Ὀράτριος* in tit. 2555, 11 Lyttiorum et Hierap. foedere v. 13. 19, Ven. 61 Jovis cognomen Schneidewinus in Philol. IX, 699 ex *Ϝράτριος* (*Ϝράτρα* pro *ῥήτρα* est in tit. Eliaco 11) vix recte explicat neque magis Boeckhii conjectura *Φράτριον* aut lectio Na-

---

*) quod Cretibus *πρεῖγυς* est cf. Ahr. §. 15, 6.

beri *ʽΟράτριον* comprobanda est. Potius enim *᾿Ο-ράτριος* ex *ο* (i. e. *ἁ* vel *ὁμοῦ* cf. *ὄτριχας οἰέτεας* Il. II, 765) et *ῥάτριος* compositum deus eorum est tutelaris, qui foedus secum icerunt. conferendi sunt *ὁμόγνιοι θεοὶ* eorum tutelares' qui genere sunt conjuncti. Quae cum ita sint, in dubium omnino vocarim *ο* ex digamma nasci potuisse. Quibus praemissis Cretes, quod ad digammatis usum attinet, non nisi eo ab Atticis distare videntur, quod illi hujus consonae ejusque signi diutius fuerunt tenaces ac saepius his *B* pro *F* posuerunt velut in *Βολοέντιοι*, unde haec nota ducta est.

2—4. *αἰ — ἀλλάλοις*] verba, quae conjectavi, aliorum quidem titulorum autoritate non nituntur, sed spero, fore ut literas versus tertii servatas, ubi Rangabeus nil proficiens *καὶ* [*ἵ*]*να* (vel *ἕνα*) *ἐπὶ τῶν νομι* suspicatur, perlustranti tibi ea arrideant.

4. *Λυττίων*] *Λύττος* assimilatione minus usitata ex *Λύκτος*, quomodo priore tempore urbs Cretica nuncupabatur, natum est. Sic *ττ* spectantur etiam in tit. Drerio, Hierapytn.-Lyttiorum saepius atque etiam in jurejurando l. 23, sed ibid. l. 13. 21. 23 *Λύκτος* cf. Strabo X, p. 729, Eustath. p. 313. Vocem autem ad radicem *λυκ* (*ἀμφιλύκη*, *λευκός*) retulerim, ita ut *Λύκτος* urbs sit, quae in monte sita longe lateque in oculos luceat cf. Strab. X, p. 729, Eustath. p. 313, Steph. Byz. s. v. *ἔνιοι Λύττον φασὶν αὐτὴν διὰ τὸ κεῖσθαι ἐν μετεώρῳ τόπῳ· τὸ γὰρ ἄνω καὶ ὑψηλὸν λυττὸν φασί*, quocum glossa Hes. dialecto carens consentit *λυττοί· οἱ ὑψηλοὶ τόποι*. — Eandem assimilationem agnoscas in gl. Hes. *λάττα· μυῖα. Πολυῤ*[*ῥ*]*ήνιοι* (cod. *λατταμυῖα, πολυρήνιοι*, dudum emend. vid. M. Schmidtius Philol. XI. 398, utinam apertius sententiam suam explanasset). Equidem *λάττα* (ex *λάκτα*, de *λ* vid. not. ad *Βριτόμαρτιν* vers. 7) idem esse puto atque *ῥήκτης*, qua in voce non minus dilacerandi notio inest, quam in altera muscae denominatione

θάπτα*) · μυῖα Κρῆτες Hes. i. e. Attice δάπτης, quod Lycophroni Alex. v. 1403 μυῖα est. Ceterum nominis stirps assimilationem non inivit in gl. Hes. ἀλάκται (orto e Ϝράκται) · γῆς ἔντερα . οἱ δὲ σφῆκας. — item ἰ έ τ τ α ς — τοὺς ἀγρίους τράγους Hes. ortum mihi videtur ex ἰϜέκτας, huc certe Latinum ibex nos deduxit. — Denique M. Schmidtius Cretibus impertit gl. Hes. ἐ τ τ ῶ ν · ἐκ τῶν — δ ι ώ τ τ α ς ἐργοδιώκτας — ὑ φ ε τ τ ό ν ὑπομονητόν, vide ejus notam Hes. II, 216, 72.

Omnino autem Cretes ad assimilationem erant propensi. Nam assimilationis vi literae praeterea abierunt hae: λμ in λλ vel μμ, hoc enim habes in Σ α μ μ ω ν ί α promontorii nomine etiam Σαλμώνιον audientis, illud in ἀ λ λ ά θ α ρ ο ν · ἁλμυρόν Κρῆτες Hes. orto ex ἅλμα-ταρον (cf. ταριχεύω). — κλ in λλ: ἔ λ λ υ σ ι ν · ἔκλυσιν. Κρῆτες Hes. — χλ in λλ: ἄ μ α λ λ ο ς. πέρδιξ Πολυῤῥήνιοι (Πολορήνιοι cod. em. H. Steph.), quod ex ἀ-μαχλος „valde libidinosus" profectum esse mihi videtur, perdices enim in libidinem esse furentissimos inter Graecos nimirum constabat cf. Athen. IX, p. 389 *a* et *b* ἔστι τὸ ζῷον ἀφροδισιαστικόν. — νλ in νν: ἀ ν τ α λ λ α γ ή ν · ἀναπαύσασθαι Κρῆτες Hes. Aoristi infinitivi, quem verbum ex ἀντί-ἀνά-λήγω si quid video compositum fecit, intelligendus est. — χν in νν: ἀ λ ι ν ν ό ν. ἀμυδρόν Κρῆτες Hes. (post gl. ἀλινοί), quod ex ἄ-λυχνον ortum puto, vocem autem contra seriem peccantem in ἄλυννον mutes, ni propter ἴψηλος, ἴπαρ alia (pro ὑψηλός, ὑπέρ ap. Ahr. D. Aeol. p. 81, L. Meyer l. l. p. 85) imo ἄλιννον tibi arridet. — ρβ in ρρ in Τ ά ῤ ῥ α urbis nomine, quae olim

---

*) item in aspiratam sequentis asperi vi δ abiit in οὐθείς et μηθείς, quomodo Cretes interdum pro οὐδεὶς et μηδεὶς dicebant velut in tit. 2561, b. 30. Eleuth. 7, Hierapytnio-Lyttiorum 44. 46. Eandem mutationem Schmidtius agnovit in glossa dialecto, carente θοιά · ζεῦγος ἡμιόνων i. e. δοιά.

Τάρβα audisse videtur (vid. Forbiger A. Geogr. III, p. 1039 — *νσ* in *σσ*, si Harduinus a Boeckhio C. J. I, 413 citatus recte in Priansiorum nummis *Πρίασσος* legit. — *σθ* in *θθ* in *ἰθθᾶντι* (in lap. *ιθθοντι*, emend. Bergm.) et *ἰθθάντες* Ven. 24 ab *ἵστημι* forte deflexis, unde etiam *συνεθθᾷ* ibid. 67 (pro *συνεστῇ*) literis minus claris et ibid. 40 *-ττ[έθ]θων* imperativi forte terminationem pro *-ττέσθων* conjecit. — *ντ* in *ττ* mutatum est, si quid video, in *ἴττον ἐν Κρῆτες* Hes. (cod. *ἔν*) ex *ἐν-τον* orto, de jota cf. not. ad v. *Ἄρια* v. 6. — *μπ* in *ππ*: *Λάππα*, quomodo in titulo 3056, l. 12 (*Λαππαίων*), scriptoribus, numis haud raro urbs *Λάμπα* audit cf. Hoeck. I, 387. —

Quibus in multis ac mirabilibus assimilationis exemplis omnibus ad duas voces *ἀλλάθαρος* et *Τάῤῥα* norma regnat ea, ut priores consonae, non solum liquidae, verum etiam mutae alterarum speciem induant, imo in *Σαμμωνία* pro *Σαλμώνιον*, quamvis *λ* consonas consociatas sibi subjicere solet.

4. *ὀμνύω*] haec forma pro *ὄμνυμι* apud Dores valebat vid. Ahr. p. 284.

4. *τὰν ἐμ Πρυτανείῳ*] eadem verba Vestae sedem indicantia leguntur in jurejurando Drer. v. 16.

4. *Τῆνα*] i. e. Jovem, cujus nomen quod ad formam attinet quam maxime variat, ac quidem

a) formae a poetis quoque usurpatae leguntur saepius *Ζηνὸς* et *Ζῆνα* tit. 2554. vv. 54, 177 et Hierap. Lytt. 19. 20. 13 bis. Sed quae sequuntur, maxima ex parte Cretibus peculiares sunt: b) accus. *Δῆνα* Drer. 17. 18 ab Herodiano *π. μ. λ.* agnitus. — c) *Τὰν Κρηταγενής* in nummo ap. Mionnet. II, p. 257. Eckhel. II, p. 301, accus. *Τᾶνα* tit. 2555, quem Boeckhius in *Ζᾶνα* mutare non debebat. — d) accus. *Τῆνα* in tit. nostro v. 6 bis. Item *T* spectatur in *Ττῆνα* Ven. 60. 61. 77. forma vix integra, duplex

enim *T* in ipsa vocabuli fronte os Creticum haud dubie aspernatum est. — f) deinde *Διὸς ἄκρον* in tit. 2554 nescio an e *Δῖον ἄκρον* sit corruptum, quo de v. Forbiger. A. Geogr. III, p. 1032. — Jam quaeritur, utrum formae modo enumeratae omnes ad unam eandemque radicem pertineant annon. Radicem enim verbi *Ζεύς* (cf. nomen proprium *Διεύς*, Latinum Diovis) *διF* esse, unde *Ζήν* et *Δήν* (pro *ΔιFαν*) orta sint, in vulgus constat. Sed restant formae unice mirabiles *Τάν* et *Τήν*, ubi tenuis consona mediae vice fungi perperam statuitur. Hanc enim mutationem in dubium vocantibus exempla nobis non veniunt, nisi in quibus media vi quadam vicinae consonae vel vocalis abiit, ac quidem ex dialecto Cretensi *ἀβλόπες· ἀβλαβές Κρῆτες* et *ἀροπῆσαι· παταγῆσαι Κρῆτες* sic enim scribendum puto (cod. *πατῆσαι*), ita ut glossema Attice *ἀραβῆσαι* sit. Vides, Atticos his in vocibus *β* post *α*, Cretes *π* pronuntiasse mutato *α* in *ο*. Jam memineris quaeso, ut mutationis causam indagemus, *ο* et *β* arcto cognationis nodo secum cohaerere, sonus enim in *ο* vocali proferenda ad labium, quo etiam *β* efficitur, propius accedit. Quae cum ita sint, Cretes *β* post *ο* positum in tenuem, quippe quae vi certe spiritus ab illo multum distet, mutasse videntur, cum *β* ubi *ο* literam valde similem sequitur, aegre pronuntiarint. — Sed huc non pertinent glossae Hes. *κηρούει· ἐκεῖ Κρῆτες* (legerim *ἠχεῖ*), quod quamvis *γηρύει* valde alludit, ad stirpem *καρ* (*κήρυξ*) revocandum est — *κλάγος· γλάγος Κρῆτες* quod H. Weberus (Et. Unters. Halle 1861, p. 76, not. 35) ad stirpem *κλα* (a *καλ*, *καλός*, cui notio candendi insit) spectare docet. — Denique in *Ἀρταμίτιος* tit. Arc. v. 1 mensis nomine, quod a genetivo Dorico *Ἀρτάμιτος* deflexum est, suffixum *ιτ* inest, a quo *ιδ* plane diversum vel ortum est, *δ* enim ex *τ* saepius provenit. — Sed ut ad Jovem redeat quaestio, non dixerim, qua vi *Τήν* ex *Δήν* evaserit, ac nescio

igitur an radicem tan (in *τόνος*, tonitru vid. L. Meyer Vrgl. Gr. p. 406) recte agnoverim, unde *Τάν* vel *Τήν* i. e. „*τερπικέραυνος* Donnergott" vox linguae mirum per lusum imitata *Δήν* Jovis lucentis nomen processerit.

5. *Τῆνα Βιδατὰν* *). *Ζεὺς Βιδατάς* cujus fani *τῶ Βιδατάω* in tit. Ven. 23 mentio fieri videtur, radicem ***Fιδ*** (cf. *πάντα ἰδὼν Διὸς ὀφθαλμός* Hes. Op. 267) prodere, forte vis. Sed malim radicem bidh (de qua L. Meyer p. 393) agnoscere, quam etsi *βιθ* exspectes, Attici mira ratione in *πιθ* (*πείθω, πιθανός*), Cretes contra spiritu omisso in *βιδ* (pro *βιθ*), Romani in fid mutarunt. Vult igitur *Ζεὺς Βιδατάς* idem quod *Ζεὺς Πίστιος* vel Deus Fidius. Simili autem ratione m e d i a p r o a s p i r a t a spectatur in *ἀλδαίνεσθαι* (cf. *ἄλθεσθαι*), *ἐπήλυδες* (cf. *ἤλυθον*), denique glossis Hes. *ἐνοργείας · τὰς νεοσσείας Κρῆτες*, ubi Schowius recte *νεοσσίας* legit, lemma enim ad *ἐνόρχης* „testibus praeditus" revocarim, et *βακόν · πισόν Κρῆτες* (cod. *πεσόν*, emend. Guyetus) i. e. *φακόν*.— Quod vero ad *Βιδατας* nominis accentum attinet, ultima sillaba ornanda videtur, cum *α* ante *τας* inclinamentum haud dubie producta est velut in *θεατής*. Etenim nomen, ne hoc *α* pro vocali auxiliaria vendites, non a *βιδ* stirpe ipsa, sed verbo inde deflexo *βιδά-ω* provenerit.

5. *Ὀράτριον*] per *Ζῆνα Ὀράτριον* Lyttii in foedere quoque cum Hierapytniis facto jurant. de nominis etymo cf. not. ad *Βολοέντιοι* v. 2.

5. *Ἀπόλλωνα*] sic habent tit. 2555, 13. tit. Hierap. Lytt. 14, *Ἀπολλόδοτον* est in tit. Vax v. 5, in tit. solo Drer. 20 *Ἀπέλλωνα* per *ε* scriptum legitur.

6. *Πύτιον*] i. e. *Πύθιον*. Saepius enim Cretes spi-

---

*) Rangabeus transcribit *τὴν Ἀβιδατᾶν*.

ritum asperum eliminantes A) aspiratam consonantem in tenuem mutarunt. Sic habent

a) τ pro ϑ in Πύτιον quod modo commemoravimus, idem est in tit. Hierap. Lyttiorum vv. 14. 20 pariter atque in tit. Arcadico Corp. Inscr. n. 1434 et per οι scriptum τὸμ Ποίτον tit. Drer. v. 24 literis minus claris scriptum, quocum Ποίϑιοι Pythiorum nomen (vid. Ahr. D. D. p. 566), κάροια pro κάρυα atque ποιαλίδα pro πυαλίδα in tit. Lycio C. J. n. 4232 componenda sunt. — Ejusdem stirpis urbs Ἱεράπυτνα vel Ἱερὰ Πύτνα Ptol. §. 4, Steph. Byz. esse videtur, cui ab Idae dorso Πύτνα audiente denominationem esse factam Strabo X. p. 724 autor est. Conferendum est „putere", si quidem Πύϑιος ad πυϑεῖν pertinet, atque Putius nomen ejus Latinum (vid. Preller. Roem. Myth. p. 268, 3). — Saepius autem Πύϑιον vulgaris forma velut in tit. 2555, 13 spectatur. — Sed συντελεστῆμεν in Hierapytniorum foedere cum Rhodiis facto v. 43 pro συντελεσϑῆμεν errori Steinbuechelii debendum videtur. — Jam ex Hesychio huc spectat ἀττάρυμα · πόμα. σόφισμα Κρητικόν, ubi M. Schmidtius ῥόφημα recte conjectat ἀττάρυμα enim ab ἀϑάρα derivatum „potum alicis crassiorem factum" significare mihi videtur. duplicis autem τ originem non cognitam habeo. — τίριος ϑέρους Κρῆτες (sic recte Mus., cod. ϑέρου Κρῆται), de jota vid. not. ad v. Ἄρια v. 6.

b) κ pro χ. Quae tituli exempla hujus mutationis praebent, dubia sunt. Nam in tit. 2555, 19 solum Gruterus κακοτεκνήσω (a Neumanno rer. Cret. spec. p. 112 laudatum) et in tit. 2562 Cobeti schedae μέκρι οὗ habent aliis κακοτεχνήσω, μέχρι tradentibus. — Sed apud Hesychium est καμάν · τὸν ἀγρόν Κρῆτες (M. Schmidtius χαμάν-δις adnotat), unde etiam Hierapytnae antiquum nomen Κάμιρος ap. Steph. Byz. ex καμά et ἱρός (i. e. ἱερός) composi-

tum esse videtur. — Ex hac ratione *νικύλεα*, ficorum Creticarum nomen obscurum ap. Athen. III. p. 76 mutarim in *νηκύλεα* i. e. ficus nondum virides (a *νή*, *χυλός*), ita ut *ἰσχάδες* caricae sint intellegendae.

c) *π* pro *φ* est forte in glossa Hesychiana *ἐπαποδρόμιον· ἡ εἴρενα παρὰ Κρησίν*, quomodo scripserim (cod. *ἡ ἱέρεια*). Etenim *ἐπαπο-δρόμιοι* i. e. *ἐφηβο-δρόμιοι* nuncupati esse videntur *οἱ ἔφηβοι* sive *ἀγελάοι* (vid. tit. Drer. v. 11), dum *ἐν τοῖς δρόμοις* gymnasiis Cretensibus exercebantur. Quod vero ad formam attinet, priori consonae *π* spiritus non aspirasse, alterum *π* ex *φ* ortum esse videtur, si quidem *ἥβη* recte explicatur ex *ἥφη*. *) — Cretes autem omnino *ἅπα* pro *ἥβη* dixisse, detegere tibi possit etiam glossa valde lacera *ἅπας· χαλκὴ λαμπρ ὅ Κρῆτες* Hes., quae legenda est *ἅπας· ἀλκῆς λαμπρᾶς, ὅλης* (integrae). — deinde huc trahuntur adverbia *ἀμπέτιξ* et *περιαμπέτιξ*, quasi ab *ἀμφί* proveniant, sed ex *ἀνά* et *πετ* (unde *πίπτω* pro *πιπέτω*) originem illa traxisse verisimile est. Etenim in finibus describendis usurpata esse videntur, si lineae, quibus agri urbium secernuntur, in semicirculum desinentes ad locum propius accedunt (*ἀναπίπτουσι*), unde ductae sunt.

B) Jam voces quoque enumerentur, ubi c o n s o n a n t e s a s p i r a t a e d e p u l s e r u n t tenues. habent enim a) *χ* pro *κ* *Ἀχάμαντα* tit. 2554 v. 158. 170, quod pro nomine *Ἀκάμαντα* esse videtur. — *ὑπέχθηται* et *ὑπεχθεσίμων* pro *ὑπέκθηται*, *ὑπεκθεσίμων* tit. 2556 v. 21. 25 — *ἐχθ(ε)σ(ιν* tit. 2551 b, 56 non recte, ut videtur, a Boeckhio *ἔκθεσιν* transcriptum cf. *ἐν ἐχθέσει* Hes. — *ἐχφερέσθαι* tit. Hierap. Lyttiorum v. 9. — *χρέοντος* 2562, 18 a *κρέων* nomi-

---

*) *α* in voce *ἔπαπος* pro *ἔφηβος* hyperdorismo debetur cf. Ahr. D. D. p. 151.

nativo; locum enim haud dilucidum legendum puto: *μηδὲ καθόλου γείνεσθαί τι ἐν τῇ γερουσίᾳ χωρὶ[ς ὀμμάτω]ν τοῦ χρέοντος γραμματέος* i. e. scribae negotia gerentis. — sed *συνενεγχεῖν* Hierap. Rhod. 4 valde dubium est omnibus ad unum Steinbuechelii apographis *συνενεγκεῖν* praebentibus. — Ex Hesychio enotandae sunt glossae *ἀσχέλιον· τραχύ Κρῆτες* „idem quod *ἀσκελές*“ Vossius — *λιχάξαι· ῥίψαι· πῆλαι* (cod. *βάλαι*), glossema ad stirpem *λικ*, unde *λικμάζω*, haud dubie est revocandum — *πρόμαχος· ὑπὸ Κρητῶν μάζα ἑβδομαίῳ παιδίῳ γινομένη*, quod verbum ad rad. *μακ* (unde *μάσσω, μακαρία* Hes. ap. Curt. rad. 455) pertinere videtur. — Denique *Σωχός· ὁ τῶν Κουρήτων πατήρ* a nomine *Σωκός* non diversum Vossio monente nec minus *Τεῦχρος· ἀδελφὸς νόθος* pro *Τεῦκρος* (cf. ed. Schmidt.) nomina esse videntur dialecto Creticae imputanda.

b) *θ* pro *τ*. *θήνω τῶ τεμένεος* tit. 2554 v. 163 forte pro *τήνω* est, quod Boeckhius in textum recepit — *θάλαθθα* pro *θάλαττα* Ven. 17, 36 — *Θηΐος* accus. in decreto Apteraeorum Tejis dato v. 9, ubi Naberus recte forte *Τηΐος* scribit, cum alii ejusmodi tituli *T* praebeant. — *Βερέκυνθος* mons in Apteraeorum finibus situs ap. Diod. V, 64 per *θ* scriptus est, quamvis praeterea *τ* hoc in nomine habes. — *ἔνθινον* adjectivum revoco ad radicem *τι* (unde *τίω, τί-νω*) in titt. 2555, 11 Hierap. Lyttiorum. 6, 7 certissime lectum (cf. Naber in Mnemos. tom. I. p. 109) atque in tit. 2554 v. 87, 90 restituendum, quamvis *ἔνοινον* lectionem a Chishullo *ἔνσπονδον* explicatam comprobat Boeckhius Corp. Inscr. II. p. 408. Sic in tit. 2555, 11 verba leguntur haec: *ὅτι δὲ ἐγγράψαιμεν ἔνορκόν τε ἔστω καὶ ἔνθινον* (*ἐγγράψαιμεν* etiam in tit. Hier. Lyttio 7 est, cave scribas illic cum Boeckhio *ἐπιγράψ.*). constituerunt ut affirmarent jurejurando quodcunque inscriberent (ut foederi adderetur), atque qui illud non servaret, ab eo poena repeteretur. Cete-

rum nonnulli ἐνθινον idem quod ἔνθεον esse voluerunt, sed vapularunt a Boeckhio l. l. — Deinde Hesychio debentur ἀλλάθαρον· ἁλμυρόν Κρῆτες ex ἅλμα et ταρ stirpe (unde ταριχεύω) compositum vid. not. ad Λυττίων v. 4. — Ἄνθεια — Ἀφροδίτη παρὰ Κνωσίοις (ἀνθεία cod. emend. Mus.), ubi Ἄντεια sive Stheneboea intellegenda est. Viri docti velut Gerhardus Gr. Mythol. I. §. 366, 1. §. 372, 3 et Prellerus Gr. Myth. I. p. 271 ed. 2 nomen ab ἄνθος voce ducunt. Sed nescio an arctiore mythi vinculo cohaereat cum Gnosso urbe. Etenim Ἄνθεια illa Gnossi sive Minoae culta vix fuerit diversa ab Ἄντεια, quomodo apud Homerum Stheneboea Minois Gnosii dilecta nuncupatur. Omnino cum Minois cultu Venus videtur juncta fuisse, etenim cum regis illius monumentum in Sicilia exstructum continebat locum Veneris sacrum, tum Ariadne Minois filia in Cypri insula Ἀριάδνη Ἀφροδίτη audiebat (qua de Preller. I. p. 535). Quodsi sub Ἄνθεια Venere Stheneboeam intellegendam esse recte suspicati sumus, forte ab Ἄντεια voce nomen traxit etiam Ἄντεος Asianorum mensis, qui cum mense Bithyniorum Ἀφροδίσιος vocato congruit tempore (vid. Hermann Gr. Monatsk. p. 127). – deinde ἀποφθαράξασθαι ante glossam ἀποφλάσαι· ῥογχάσαι. Κρῆτες καὶ Σάμιοι. ubi Schmidtius adnotat „Κρῆτες pro Κρῆται Mus. ἀποφλᾶσαι cod., em. Lobeck. rhem. p. 9. Descendit enim ab obsoleto φλάζειν," sed minus recte. Malim hanc glossam cum antecedente sic jungere ἀποφθαράξασθαι· τὸ τοῖς μυκτῆρσιν εἰς τὸ ἔξω ἦχον προέσθαι, ἀποφλᾶσαι (ab ἀποφλάω deflexum est) ῥογχάσαι. Κρῆτες καὶ Σάμιοι. nam ἀποφθαράξασθαι a stirpe πταρ (unde πτάρνυμι) derivatum valet „per nares sonum edere, elidere (ἦχον repetas), stertere." Ex dialecti igitur proprietate in glossemate illo insunt literae φθ pro πτ atque ξ pro σ (de forma aoristi verbi ἀποφθαράζεσθαι vid. Ahr. §. 11, 1) — ἄσβεσθε· διέφ-

θειρε Κρῆτες, pro ἄσβεστε casu vocativo accipio, legerim igitur ἀδιάφθορε.

c) φ pro π. In titulo 2554 l. 203 legitur ἐφορκέοντι, quod Ahrens D. D. p. 83 collata ἐφιορκέοιμι forma in tit. Amph. 1688 corruptum esse ex ἐφιορκέοντι recte censere videtur, quamvis Hes. Ἐφόρκιος tradit — deinde Φερσεφόνα pro Περσεφόνα in tit. recentiore 2599 forma a poetis non aliena. — Ex Hesychio accedunt ἀποφθαράξασθαι, quo de supra egimus, a radice πταρ. — deinde δαμοφόν τὸ πυρίεφθον γαλακτῶδες Κρῆτες (cod. δαμπόν τ. π. Λάκωνες. Κρ.) scribas ordine requirente post gl. δαμοφάνης, ita ut δαμοφόν pro δαμοπόν sit sucum lacteum velut fici, qui lac coagulat, descendit enim a δαμάω, ὀπός vocibus pariter atque coagulum a cogo cf. Eustath. ad Il. *E* 902. p. 619, 43 „ὀπὸς ἡ πυτία, τὸ τῶν δένδρων δάκρυον, τὸ γαλακτῶδες τῆς συκῆς."

Vides exempla illa lustrans consonam aspiratam cum liquidis ρ, ν aut sibilante litera esse consociatam in verbis Τεῦχρος, Βερέκυνθος, ἔνθινος, Ἄνθεια, ἀσχέλιον (cf. ἀπεγράψανθο et συνεβάλονθο in tit. Orchomenio ap. Rangab. 898). His igitur consonis, quippe quae haud raro aspirandi vi praeditae sint, aspiratio hic quoque tribuenda videtur. Deinde in ὑπεχθέσιμος, ὑπέχθηται, ἐχφερέσθαι praepositio ἐκ cum altera nominis parte arcte juncta facile nimirum spiritu affici poterat. Sed cum non pauca, quae explicatione certa carent, inveniantur exempla, omnino est statuendum, Cretes amantissimos fuisse aspirationis.

6. Λατὼν] i. e. Latonam deam. eandem formam tit. 2554, 180 praebet, Λατοῦν autem Jonibus debendam Drer. 25, vulgarem denique Λατώ tit. 2555, 13 Hierap. Lyttiorum v. 14. 20. — contra Λατὼ urbis Creticae nomen flectitur declinatione, quam Atticam nuncupant, sic legitur Λατῷ dativus tit. 2554, 4, Λατών accus. ibid. 50. 55, idem v. 81 forte

restituendus est. Etenim versus 79 sqq. a Chishullo negligenter transcriptos sic legerim *ἑρπόντων δὲ εἰς τὰς ἑορτάς, οἱ μὲν Λάτιοι ἐς Ὀλόντα . . . ὡσαύτως δέ καὶ Ὀλόντιοι ἐν ταῖς θυσίαις ἀνὰ Λατ ὼ ν νομιζομέναις* (Chish. *ΜΑΛΑΤΩΝΝΟΜΙΖΟΜΕΝΩΝ*, Boeckh. *μάλα τῶν νομιζομένων* verba obscura exhibet).

6. *Ἄ ρ ι α*] nomen *Ἄρης* formas ministrat has: *Ἄ ρ ε ο ς* gen. in decreto Bianniorum Tejis dato Mnemos. I. p. 124 sq., gen. magis Atticus *Ἄρεως* in tit. non est; *Ἄ ρ ε α* accus. in tit. 2554 v. 181, 2555 v. 14, Drer. 26; tamen loco illo *Ἄρια* scripsi e ratione severius ut videtur Cretica. Cretes enim pariter atque alii Dores severiores jota saepius pro *ε* vocali posuerunt ac quidem sed inconstanter A) ubi *ε* cum sequenti vocali concurreret digamma aut sigma ejectis velut a) ante terminationes cujusque declinationis, quo pertinent *τ ί ρ ι ο ς · θέρους Κρῆτες* Hes. (de *τ* cf. nota ad *Πύτιον* v. 6). — *Κ ρ η τ ο γ ε ν ί α* accus. sing. in tit. 2554 v. 177 — *ψ ο υ δ ί α ψευδῆ Κρῆτες* Phot. et Suid. accentu, quem codex omisit, editores antepaenultimam vix recte ornaverunt, cum *ψουδία* e *ψουδέα* explicatum habeat. — deinde in loco valde corrupto tit. 2544 v. 171 *ἀ χ ρ ε ώ δ ι α* esse videtur (ab *ἀχρειώδης*, de jota inter vocales muto facto vid. Ahr. D. D. p. 188); etenim verba *καὶ πωλέοντα ΔΙΑΤΑΧΡΕΩΨΙΑ καὶ ὠνεόμενον* (ubi Boeckhius lectionem obscuram *διὰ τὰ χρεώψια* non mutat) legenda puto *καὶ πωλέοντα*, [*ἃ*] *δίατ' ἀχρεώ*[*δ*]*ια καὶ ὠνεόμενον*, unde patet Latiis et Oluntiis nimirum ea solum vendere licuisse, quae visa sint non necessaria vel quibus respublica facile carere potuerit; *δίατ'* autem eadem ratione pro *δέατ'*, *δέατο* accipiendum est. — etiam nomina in *ευς* desinentia genetivum *ι ω ς* pro *έως* fecerunt. In titulo enim Drerio v. 6, ubi *π υ ρ ω π ε ύ ς* (a *πῦρ, ὤψ*) magistratus ignispicio praepositus commemorari videtur, lite-

ras *ΠΥΡΩιΠΙΩΡΙΣΙΩΝΟΣ**) scribendae videntur *πυρωπίως Βισίωνος* (C. Fr. Hermann in Philol. IX. p. 697 vult *πυρωπίου* minus caute). *Βισίων* autem vix diversum ab *Ἰσίων* in tit. 268 Atheniensis nomine provenit forte ab *Ἶσος* ita ut *Κρονίων* a *Κρόνος* (de *Ϝῖσος* cf. Christ. Gr. L. p. 262. de *Β* not. ad v. *Βολοέντιοι* v. 2). — Praeterea nomina illa ministrant *ε* vocalem velut in glossa Hes. *Ἀτερέα· ὄρος· γοργόν Κρῆτες*, ubi *Ἀ τ ε ρ έ α* et *ἀτερέα* confusa sunt. hoc enim idem est quod *ἀτρέα* (ab *ἀτρεύς*, unde forma pluralitiva *ἀτρῆες ἀνάγκαι*, de *ε* inserto cf. *ἀλεγεινός* et *ἀλγεινός*). Sed cum *ὄρος* Hesychius adnotat, montes huc usque ignoti intellegendi videntur, quibus nomen inditum est ab Hetera urbe Cretica in periplo ap. Iriartium (vid. Hoeck. I, 416) commemorata. Expectabis fortasse ab *Ἁτέρα* formam *τὰ Ἁτερεῖα* (addas *ὄρη*) ita ut *Μουσεῖον* a *Μοῦσα*, sed jota evanuisse videtur, quo de egit Ahr. D. D. p. 188. — deinde *π ε ρ ι σ τ ε ρ ι ώ ν* pro *περιστερεών* legitur in tit. 2554 v. 143.

b) in formis a verbo *εἰμί* deflexis his: *ἴ ω μ ε ν* in tit. Lat. 3058 v. 12 quod ex *εσωμεν* oritur, sed *ἔωμεν* praebent titt. Istroniorum 3048, 33 et Arcadum 3052, 27 — *ἰ ό ν τ ε ς* in decreto Apolloniatarum v. 7 in Mnemos. I, quod Naberus in *ἐόντες* mutare non dedebat, quamvis *ἐόντες* in tit. Tejo-Bianniorum 10, *ἐόντων* Hierap. Rhod. v. 36, *ἐώσας* gen. 2556, 24, *ἐῶσαν* Tejo-Hierap. 4, imo vulgares formae sed valde suspectae leguntur in decretis Istr. Sybr. Lat. Eleuth. Tejis datis.

c) singulis in vocibus his *θ ι ή ι ο ν· θεῖον τὸ ὀρυκτόν Κρῆτες* Hes. (cod. *θίκιον-ὀρεκτόν*, jam dudum a viris doctis emend.) i. e. *θέειον*. — *ἴ β η ν α · τὸν οἶνον Κρῆτες · οἱ δὲ βῆλα.* glossema ex *λίβηνα* mutilatum esse volunt collatis

---

*) Signum quintum in versus fine positum potius casui quam lapicidae debendum est, literam autem signo interrogationis redditam Dethierius recte haud dubie pro *B* accipit.

formis *εἴβω* pro *λείβω*, *ἰβάνη*, *Λειβῆνος· Διόνυσος* Hes. et Liber (cf. Curt. rad. *λιβ* 541). Sed vide, ne cum *εὐάν* exclamatione Bacchea et „Evan" Bacchi cognomine cohaereat, de *B* vid. *Βολ.* v. 2. — ex hac mutatione lectio quoque corrupta in Suidae lexico explicatum habere mihi videtur, qui s. v. *Ἐπίκουρος* Lyttiorum decretum contra Epicuraeos factum formis Atticis tradit. Ibi enim pro *ἐπιῤῥεόμενος* codex quidam *ἐπιχριόμενος* habet, quod in ipso decreto *ἐπιῤῥιόμενος* fuerit. — de *θυνθιώμεθα* vid. not. ad v. 11. — denique de *δίατο* pro *δέατο* vid. sub a).

B) ante duas consonantes, quae mutationi illi favere videntur. huc spectant *Ἱστίαν* Ven. 60. 76, sed plerumque velut titt. 2554 v. 176. 2555, 6 Drer. 15 habes *Ἑστίαν*. deinde *Ἐπιρνύτιος Ζεὺς ἐν Κρήτῃ* Hes. quod ad *ἐπί*, *ἔρνυς* (pro *ἔρνος*) revocatur; cave autem cum Gerhardo Gr. Mythol. I. p. 161 proprietatem Creticam exstinguente *Ἐπερνύτιος* scribas.

C) ante liquidam in *τίριος· θέρους Κρῆτες* Hes. vid. Aa) et p. 16.

Praeterea saepius dialectus Cretica porrigit jota, ubi Atthis antiquam vocalem in *ε* vertit. huc ante omnia pertinet *θιός· θεός Κρῆτες* Hes. (cod. *θῖος*, emend. Ahr. p. 121); a rad. div. cf. L. Meyer Vrgl. Gr. p. 414, sic accus. *θιός* in Ven. 64. 80 legitur. de *θιβός* vid. p. 9, saepius autem vulgarem formam *θεός* habes velut in tit. Drer. et Hierap. Lytt. vv. 18. 21. In tit. 2554 pro *τως αλλοσιως* Ahrens l. l. *τὼς ἄλλως θιώς* recte scripsit, cum Cretes Laconum morem *θ* in *σ* mutantium *) non sequerentur. Cau-

---

*) cave hanc mutationem agnoscas in glossa Hes. *σεῖναι· θεῖναι Κρῆτες*, quae ad *σίνομαι* et *θείνω* spectare mihi videtur. Scribas igitur *σῖναι· θεῖνον* vel *σῖναι· θεῖναι*, si quidem Cretibus activam formam *σίνω* imputare vis. Aliter Ahrens D. D. p. 70 in interpretamenti voce agnoscit adjectivum a Cretibus usurpatum *θεῖνος* pro *θεῖος*.

sam autem corruptionis quaerenti Chishullus confudisse mihi videtur *τὼς ἄλλως θιώς* v. 185 et *Ἀλοσίω* vel *Ἀλυσίω* *) (sic lego) v. 6. Hic enim habes mensis *Διοςαλλοσίω* nomen ab illo corrupte transcriptum, cui *Ζεὺς Ἀλύσιος* si quid video nomen indidit (cf. Theon. in Aratum I. p. 20. 271 ed. Buhle *ἔστιν Ἀλυσίου Διὸς τέμενος παρὰ τὸ παρακείμενον ἐκεῖ ὄρος Ἄλυσις*). Sed *Διος*, quod Chishullus ipse omisit in annotationibus, dubitare possis utrum in lapide profecto fuerit, an explicationis gratia ab illo sit additum. — deinde iota remansit in glossa Hes. *ἴττον· ἓν Κρῆτες* (cod. *ἕν*) ex *ἴντον*, quod Attice *ἕν-τον* esset (cf. intus Latinum, de assimilatione not. ad *Λυττίων* v. 4). Etiam Passowius in lexico *ἰν* pro *ἐν* Cretibus vindicat, sed vereor, ne certa careat auctoritate. Sed cum viris doctis dubitare possis utrum hac in voce *ι* an *ε* vocalis aetate sit prior. — Accedunt verba in *ίω*, quae in Atthide in *έω* desinunt velut *κοσμίω* pro *κοσμέω* tit. Lat. 18. Sybrit. *ὁρκίω* pro *ὁρκέω* Ven. 4, *πολεμίω* pro *πολεμέω* 2554, 24. — Summi denique momenti esse videtur glossa Hes. *ἐλαχία. ἐδάρη Κρῆτες*, ubi agnoverim aoristum II. deflexum a verbo *λάσσειν* (pro Attico *ῥάσσειν* i. e. *δέρειν* cf. not. ad *Βριτόμαρτιν* v. 7) Etenim viri docti (vid. Curt. Temp. p. 329) suspicati sunt, *ην* terminationem aoristi evasisse ex *jην* vel antiquo *jα-ν*, cujus priori parti ja cum eundi notio insit, *ἐλαχία* proprie est: er gieng in's Schlagen, ut lingua utar vernacula. Jam vero jota, quod illi divinati sunt, oculis imo nostris glossa subjicit. Ceterum ad idem verbum *λάσσειν* spectat glossa *λαυξία· δαρήσ. Κρῆτες* (prius sigma scriptum est in cod.

---

*) Possis imo *ο* vocalem pro *υ* contendere, cum inter has vocales quod ad soni indolem attinet non multum intersit. *ο* pro *υ* est etiam in glossa Hes. *ἀγλαφόρε· ἄσιτε Κρῆτες*, si quidem recte volo *ἀγλάφορε· ἀσύνετε*, pro *ἀ-γλάφυρε* Attico. — Hermanno Gr. Mon. p. 61 cunctanter certe *ὁ Θαλλόσιος* mensis in opinionem venit.

super η vocali, Musurus δαρήσει). Equidem legerim λαυξίᾳ · δαρήσῃ, de futuri formatione vid. not. ad προλειψίω v. 9, in eo autem non offendendum est, quod futurum medii habet significationem passivam vid. Buttmann. Griech. Gramm. §. 113, 6. Majorem contra difficultatem diphthongus αυ pro α posita nobis affert, quae si quid video digammatis epenthesi orta est ita quidem, ut λαυξίᾳ sit pro Fλαυξίᾳ ex Fλαξίᾳ cf. πουλύς, εἰνί pro πολύς, ἐνί; hic enim jota, illic Vau vides alteri quoque syllabae assimilationis gratia additum.

7. Ἀφροδίταν] sic scripsi ex titulis 2554, 14. Ven. 79. quamvis semel in jurejurando Drer. 27 est Ἀφορδίταν (ed. Dethier.) in dubium non vocandum, saepius enim vocalium metathesis conspicitur, ubi sillaba literam caninam continet. sic πορτί praepositio, quae transpositione est effecta ex προτί (Sanscrito prati), legitur in tit. Vax. 18 et cum apostropho πορτ᾽ Rhauc. 4, Cnos. A. 5, Istr. 15. 21. Vax. 16, sed etiam ποτί forma Dorica saepius ministratur velut ποτ᾽ ἀλλάλας 2557, 3. 7, ποϑ᾽ ἁμέ ibid. 3, in composito πόϑοδος i. e. πρόςοδος. Porro vulgare πρός interdum inventum vix sanum est. — deinde Σίβυρτος Steph. Byz. et Σιβύρτιος Polyb.; quae Hoeckio vol. I. p. 396 suspicato a Συβρίτιος diversa non sunt. — Hyperthesi imo syllabae permutasse viderentur vocales in Σιβύρτιος pro Συβρίτιος, sed eandem mutationem cave agnoscas in glossa Hes. ἀλυκτεῖ · ὑλακτεῖ Κρῆτες. hac de metathesi, quam Etym. M. 71, 33 verbis „τὸ ὑλακτέων ἀλυκτέων“ confirmat, Lobeckius Pathol. El. p. 521 agit, sed verbum ex ἀλυγ-τεῖ ortum mihi videtur, ita ut ad ὀλ-ολυγή vocem pertineat (de α vocali antiqua vid. Ahr. §. 17, 1). — Sed consonantium hyperthesis forte librario debenda est, quae est in voce ἀποϑυμίω · ἀποφαίνω Κρῆτες Hes. si quidem recte ἀπομυ-

θίω (pro *ἀπομυθέω*) verbum Cretibus proprium agnovi, quocum *ἐχεμυθέω* Atticum illi contrarium componas. Item litera canina, quae cum consona antecedenti juncta est, in vicinam syllabam transiluisse minus recte statuitur in *Βρόταχος*, quod a *Βάτραχος* haud dubie distat (aliter M. Schmidt. Hes. I. p. 386, 42), non enim miras ejusmodi formas Cretibus tribuerim, quamvis diversarum linguarum concursu perturbati Cretes contra genuinam Doridem facilius peccasse tibi viderentur.

7. *Βρ(ι)τόμαρτιν*] hanc deam non modo Drerii v. 29, verum etiam Oluntii et Latii in tit. 2554 jurant. Praeterea Britomartis simulacrum a Daedalo factum Oluntii habuisse narrantur a Pausania Boeot. IX. c. 40, 3. Sed quod ad Lyttios attinet, portum certe Lyttium, qui Chersonesus denominabatur, Britomartis deae templo ornatum fuisse auctor est Strabo X. p. 479. Jam vero in perscrutando nominis etymo nos adjuvant glossae Hes. *βριτύ· γλυκύ Κρῆτες*, et *Βριτόμαρτις· ἐν Κρήτῃ ἡ Ἄρτεμις*, ante omnia verba Solini c. 11 p. 21 G. p. 121 (ed. Salmas.): „Cretes Dianam religiosissime venerantur Britomarten gentiliter nominantes, quod sermone nostro sonat virginem dulcem.“ *Βριτόμαρτις* enim esset si quid video Attice *Βλιτόμαρτις* (de stirpe *βλιτ* in *βλίττω* ex *μ(ε)λ-ίτ-τω*, cui dulcedinis notio inest, vid. H. Weber. Et. Unters. p. 83, de *ρ* pro *λ* infra). Deinde ut ad alteram nominis partem transeamus, Dethierius §. 25. „Verita Marta“ vix recte citat, quae verba Mordtmanno teste apud Persas veteres „parva puella“ significant. Sed cum juvenes saepius a vegeto nitore nomen invenerint, aptius Legerlotzius K. Z. 1859 VIII. p. 127 *μάρτις* vocem et *μαρνάν*, sed hoc minus recte,*) radici *μαρ* tribuit (unde *μαρμαίρω*). Ceterum

---

*) Steph. Byzantii Ethn. s. v. *Γάζα* „*ἔνθεν καὶ τὸ τοῦ Κρηταίου Διὸς παρ' αὐτοῖς εἶναι, ὃν καὶ καθ' ἡμᾶς ἐκάλουν Μαρνάν ἑρμηνευόμε-*

lectio *Βριτόμαργιν* Drer. 29 haud dubie lapicidae debetur. — Jam in apographo est *Βρυτόμαρτιν* haud dubie a describente profectum, quippe qui formam huc usque ignotam silentio praetermittat. Sed concedendum est etiam *Βρυτόμαρτις* (ex *μ(ε)ρ-υτομαρτις*) a stirpe *μελ* vel *μερ* explicatum habere ita quidem ut radix suffixum *υτ* assumpserit. *) Esset autem, quod ad inclinamentum attinet, *Βρυτόμαρτιν* a *Βριτόμαρτιν* plane diversum. Jota enim in *υ* vocalem abire non solet; citabis forsitan pro *ἵππος* voce Creticam *ὕππος*, quam Boeckhius ex *Ὑππάγρα* et *Ὑππασία* tit. 2554 ll. 106. 107 expiscatus est. sed *ὕππος* non minus quam *ἵππος* pro *ἅππος* dictum est (cf. L. Meyer. l. l. p. 120), saepius enim *υ* ex *α* vocali processit, velut ut alia omittamus in glossa Hes. *ῥ υ σ τ ό ν· δόρυ Κρῆτες* ubi agnoscenda mihi videtur stirps rad (i. e. schaben, quo verbum radere spectat vid. L. Meyer p. 383 et *ῥυ(σ)θῆναι· — ξυσθῆναι* Hes. ex Schmidtii emend.). Fuerit igitur *ῥυστόν* (ex *ῥαδτόν*) proprie „rasa hasta."

Sed *βριτύ* ad stirpem *βλιτ* antea revocavimus, restat igitur ut de *ῥ* et *λ* consonarum cognatione disseramus. Hae enim liquidae ita sibi similes sunt, ut vocabula quaedam modo per *ρ* modo *λ* scribantur eaque non solum in diversis dialectis, verum etiam in una eademque. Quodsi a lingua Zendica *λ* consona plane est aliena, hanc liquidam

---

νον Κρηταγενῆ· τὰς παρθένους γὰρ οὕτως Κρῆτες προσαγορεύουσι Μαρνάν." Similiter Paulus Diac. vita Porphyrii c. 8. 9. 10 „erant autem in urbe (Gazae) simulacrorum publica octo, nempe — et Marnion, quod dicebant esse Cretigenae Jovis." Plerumque *Μαρνάς* ad מר Syriacum i. e. dominus revocatur cf. Movers Phoenik. I, 663 et K. B. Stark Gaza u. d. philist. Kueste. Jen. 1852 p. 577, qui Cretes antiquitus cum Gazaeis communicasse omnino in dubium vocat atque quae hac de re narrantur esse ficta statuit. Sed Stephani verba *τὰς παρθένους* quid sibi velint, non dixerim, nisi forte ex *τοὺς πανθείους* „divinissimos" corrupta sunt.

*) nonne de *βρύτεα* bryssa, brissa idem valet?

e rauciore quasi litera canina originem duxisse videri Schleichero non miraberis. a) Cretes autem aliis diutius ϱ liquidam mediis in vocibus retinuisse videntur, quo Britomartis nomen spectat a stirpe *βϱιτ* deflexum (de *βλίττω* v. supra) atque glossa Hes. *αἰθεϱτητόν· ἐνθυμητόν Κϱῆτες*, ubi delitescere mihi videtur *αἰθαϱία· τὸν ἐνθυμιατόν* vel *αἰθαϱωτόν· ἐνθ.* ordine requirente (post *αἰθαλώδης*). — In mirabilem autem modum eadem proprietas inter Sphagiotas, qui hodie Cretam obtinent, dilatata est cf. Pashley. I. p. 96. II, 191, cujus ex libro de Cretae insula scripto liceat nobis citare haec: *ὄϱος* ibd. I. 76 *ϱόγος* I, 177. *γάϱα* II, 193 *ἄϱϱου* II, 197 *ἀδεϱφός* II, 248, *κϱάψει* I, 111 pro *ὅλος, λόγος, γάλα, ἄλλου, ἀδελφός, κλαύσει.* — b) Ex contrario Cretes mitiorem liquidam *λ* praetulerunt in stirpe *λακ* pro *ϱακ*, velut in gloss. Hes. *λάκη· ϱάκη Κϱῆτες* — *ἐλαχία· ἐδάϱη Κϱῆτες* — *λαυξίᾳ· δαϱήσῃ* cf. not. ad *Ἄϱια* v. 6 — *λάττα· μυῖα Πολυϱϱήνιοι* cf. not. ad *Λυττίων* v. 4, denique *Λάκιος* qui Phaselidem condidit non alius atque *Ῥάκιος* Cres fuerit vid. Ahr. II. p. 86. Mueller. Dor. I, 227. — deinde *Ϝελχάνος* ex *Ϝεϱχάνος* processisse verisimile est vid. not. ad *Βολοεντίος* v. 2. — In titulis habes tantum *ἀ*]*φαιλῆται* in t. Ven. 83 suppletum certo ut videtur a Bergmanno, proxime enim ad *ἑλεῖν* accedit (pro *ἀφαιϱῆται*).

7. *θιός*] vid. not. ad *Ἄϱια* v. 6.

7. *ἐμμενίω*] sic scripsi, cum alia quoque tituli futura *πϱολειψ*]*ίω* v. 10, *πολεμ*]*ησίω* v. 11, *ἐπιτϱαψίω* v. 12 antiquam rationem sequantur. Futura enim verborum omnium ad sola liquida satis constat antiquitus ita fingi a Graecis, ut stirpi terminatio *σιω* vel potius *σjω* subjungatur, quacum Sanscritum sjâmi conveniat. Jam vero simili modo viri docti volunt verborum liquidorum futura orta esse, ita quidem „ut post liquidas *ε* inserere-

tur, deinde σ ejiceretur" (Ahr. 289) velut *τενῶ* ex *τενέω*, *τενέσω*, *τενέσjω*, *τενσjω* cf. Curtius Tempora p. 315. Sed *τενσjω* e vulgari ratione redderet *τεισίω*. haud igitur infeliciter nuperrime et H. Weber in Philol. 1861 et A. Franke (das Futurum im Griech. Götting. 1861) opinantur futura ejusmodi nihil esse nisi praesentia, quibus verbi *ἰέναι* stirps *ι* insit.

10. *Βολοεντίος*] vid. v. 2.

10. *εἰρήνᾳ*] cave cum Boeckhio requiras *εἰράνᾳ*, illud enim legitur in titt. 2558, 11 (quo de loco Ahr. D. D. p. 584), 2561 *b*, 2554 v. 198 Hier. Lytt. 9, similiter *ἰρήνας* Ven. 9. 68. *εἰρήνα* autem in eorum vocabulorum numero est, quae *η* constanter praebent, contra pauca enotare liceat verba, quae *α* vocalem rationi hyperdoricae debere videntur ac quidem *ἐπαποδρόμιον* pro *ἐφηβοδρόμιον* vid. not. ad *Πύτιον* v. 6, *πλᾶθος* tit. Istron. 3048, *πλῆθος* autem in t. Drer. 121 est. denique *μάν* *), quamvis tituli *μήν* praebent, agnoscendum videtur in *EIMAN* mensis nomine**) valde obscuro. Fuerit enim *Εἴμαν* quasi *ὁ τοῦ EI μήν* i. e. mensis Apollini sacer. Literae autem *EI*, quae in Apollinis Delphici templo quoque adscriptae compendii cujusdam munere funguntur, ad Apollinem spectant. cf. Dethierius, qui has literas Apollinares ut ita dicam agnoscit imo in jurisjurandi Drerii capite, ubi verba *θεὸς EI τύχα* literis haud certis leguntur.

11. *καθώς κα συνθιώμεθα*]. Aoristi conjunctivus est ortus ex *συνθεώμεθα*, ex quo *συνθώμεθα* factum est (de jota cf. *Ἄρια* v. 6). Unde in tit. 2554 v. 201 *καθάς*

---

*) *μάν* Herodianus quoque ap. Eustath. 287, 41 pro *μήν* Doribus Aeolibusque tribuit.

**) quod legitur in menologio Florentino. Ceterum *Ιμάλιος* nomen sub illo delitescere posse adnotat Hermannus Gr. Antiqu. II. §. 67, 34.

κα συνθεώμεθα legendum videtur pro *καθώς καὶ συνθεόμεθα*, ubi Boeckhius minus recte *συνεθόμεθα* vult, quamvis aoristi indicativus *συνέθοντο* pro *συνέθεντο* t. 2554, 2 dubitanter certe defendendus esse videtur, etenim Atthis quoque in optativis (*τιθοίην*, *προςθοίμην*) interdum *ο* praeoptat *ε* vocali.

11. *κακοτεχνησίω — τρόπῳ οὐδενί*] fere eadem verba sunt in tit. 2555, 19 sqq.

12. *ἐπιτραψίω*] de *τράπω* pro *τρέπω* vid. Ahr. p. 117.

13. *εὐορκίοντι*] literis servatis *KON* jota inserui, quamvis in t. Hierap. Lyttio v. 17. *ἐπιορκόντι* similesque formae in aliis titulis multae leguntur. formam autem magis Creticam comprobavi, cum in versu sequenti *ἐπιορκίοντι* fuisse videatur. Fluctuantur sane tituli Cretenses, quod ad conjugationem verborum in *έω* desinentium attinet, nam in titulo 2554 v. 202 *ἐφορκέοντι* (vid. not. ad *Πύτιον* v. 6) ibid. 30 *κοσμόντων*, deinde in tit. Hierap. Rhodiorum v. 90 *εὐορκεῦντα* et *ἐπιορκοῦντι* leguntur, sed illic lapicidae Rhodio, hic forte Chishullo levitate quadam describenti inconstantia tribuenda est.

14. *ἐμμανίας*] descendit ab *ἔμμανις*, quod Attice *ἔμμηνις* est.

14. *Ὅρκος — αὐτός*] item legis in fine jurisjurandi tit. 2554 v. 204 *Ὅρκος Ὀλοντίων ὁ αὐτός*. Sed a partibus tituli transeamus ad universum titulum illustrandum.

DE UNIVERSO FOEDERIS FRAGMENTO.

Singulos foederis versus perlustrantes in mirabiles sane formas incidimus, etenim non solum *Βιδατάς* Jovis cognomen huc usque ignotum, verum etiam verborum species antea modo non conspectae modo in dubium perperam vocatae velut *Τῆνα*, *Ἄρια*, *Βολοεντίοι*, *συνθιώμεθα* in illo nobis obveniunt. Sed utrum voces illae ad Lyttiorum an Oluntiorum dialectum pertineant dijudicare vix possis, cum de linguarum Cretensium differentia notitiam quam maxime mancam tituli praebeant.

Non magis conjectura assequi licet, quidnam Lyttii Oluntiique constituerint, etenim jusjurandum eo tantum spectat, ut benevolentiam servent, in bello socii sint, civitatem sibi impertiant, maneant in pactis. Sed e titulo non apparet, cujus delicti causa illi pecunia mulctarentur, si quidem non alia poena pro argento constitueretur.

De tempore denique, quo foedus ictum est, titulus quidem tacet, sed literae, quibus titulum esse exaratum Rangabeus auctor est, ad ducentesimum fere annum a. Chr. nos deducunt, atque certius ex eo colligere potes, quod verborum formae aetate modo aequant modo superant titulos antiquiores, qui circiter anno 220 a. Chr. insculpti sunt. Huc enim pertinent *Βολοεντίος* forma soluta, *Ἄρια* per jota scriptum, *ἐμμενίω* futura alia in *ιω* desinentia, *ἐπιορκίοντι* pro *ἐπιορκοῦντι*, *συνθιώμεθα*, quod tempore prius est quam *συνθεώμεθα* in tit. antiquo 2554, accusativi per *ος* pro *ως* scripti. At, inquies, *B* consonans in nomine *Βολοεντίος* posita digammatis vice fungitur, quod tantum post Chr. n. in *B* consonam abiisse ab Ahrente D. D. p. 58 docetur. Nonne Ahrens de hujus mutationis tempore mi-

nus recte disserere tibi videtur, praesertim cum in *Βλισσήν* voce digammate nunquam ornata nisus sit? Sed videas quae in not. ad *Βολ.* v. 2 scripsimus, ne *B* consonantem vicariam ab aetate priore abjudices. Jam vero memineris quaeso, Lyttiorum oppidum anno fere 220 a. Chr. a Gnossiis esse eversum. Quodsi foedus ante hoc temporis momentum procul dubio factum est, perquam est verisimile, Oluntios fuisse in numero sociorum, qui Lyttiis ante oppidum vastatum foedere juncti erant. Ac nescio an illorum mentio fiat in loco vix integro ap. Polyb. IV. c. 53, ubi verba leguntur haec: *καὶ Πολυῤῥήνιοι μὲν καὶ Κερέται καὶ Λαμπαῖοι, πρὸς δὲ τούτοις Ὄριοι μετ᾽ Ἀρκάδων, ὁμοθυμαδὸν ἀποστάντες τῆς τῶν Κνωσσίων φιλίας, ἔγνωσαν τοῖς Λυττίοις συμμαχεῖν.* Etenim cum *Ὄριοι*, quod nomen Meursius p. 49 in *Ὠλέριοι* mutat, aliunde non noti sint, scripserim *πρὸς δὲ Ὀλούντιοι ὅρκιοι* i. e. deinde autem Oluntii obstricti jurejurando eoque ante jam icto, sed male ut videtur conservato.

INDEX.

VITA.

Natus sum anno hujus saeculi tricesimo septimo ante diem III Kalendas Junias Altenburgi Saxonum patre Danielo Friderico Voretzsch sacerdote, quem primaevo mihi morte immatura ereptum lugeo, matre Ernestina e gente Kloetzner. Fidei addictus sum evangelicae. XII annos natus adii gymnasium Fridericianum, quod Altenburgi floret directore Fossio. Gymnasii cursu rite peracto ineunte anno LVII inter universitatis Jenensis cives receptus per tria semestria audivi docentes Droysenium, K. Fischerum, Goettlingium, Hasium, Schleicherum, Schleidenium. Inde Bonnam transgressus usus sum per sex menses scholis Brandisii, Jahnii, Loebellii, Monardi, Ritschelii, Schmidtii, Schopeni. Deinde Berolinum migravi, ubi Boeckhii, Hauptii, Keilii, Lepsii, Trendelenburgi scholis per tria semestria interfui. Anno LXI studiis meis academicis Halis Saxonum finem imposui usus Th. Bergkii et God. Bernhardyi scholis, item exercitationibus historicis, quas Duemmlerus moderatur.

Praeceptoribus omnibus, qui et doctrina et consilio et consuetudine de studiis meis meriti sunt, grates ago quam possum maximas.

THESES.

I.

In Theocriti idyll. XVIII v. 47 sq.

γράμματα δ' ἐν φλοιῷ γεγράψεται, ὡς παριὼν τις
ἀννείμῃ. Δωριστὶ σέβευ μ', Ἑλένας φυτόν εἰμι

legendum est ὡριστί, quod adverbium ducitur a verbo ὡρίζω (ὀαρίζω).

II.

In Hesychii glossa δεκάδρομοι· οἱ δέκα ἐν τοῖς ἀνδράσι ἐσχηκότες, ὑπὸ Κρητῶν vocabulum δέκα mutandum est in ἕδρας.

III.

Cretes erant descripti in tribus, quae οἱ πύργοι audiebant.

IV.

Ad cognoscenda carmina, quae sermone Teutonico media aetate usurpato composita sunt, in gymnasiis praestat legere verba poetarum ipsa, non in dialectum nostram conversa.

V.

ἀγέρωχος vox poetica significat agrorum possessorem (ab ἀγρός, ἔχω).